dauit. Attamẽ facta sctor nõ semp sunt ad cõsequentiã trahẽda vt videm⁹ de Marco. q̃ pre-
scidit pollicẽ xc. lv. dist. Si q̃s absciderit. imo q̃ a iure cõmuni exorbitãt. nequaq̃s ad cõsequen
tiã trahẽda sunt. de re. iu. Que a iure. li. vj. Sz tu beghardo ꝙ cõsiderasti lilia agri z volatilia
celi. z inte te z ipsa cõpationẽ facere ꝑsumpsisti. sed non ꝓ oia vt ptz in practica. Hã dñs in his
ꝑbis dissuadet sollicitudinẽ tpaliũ bonor. z cũ q̃li moderatiõe ꝓ singl'os dies audis ꝓdican-
tes ꝓcepta dñi. sed alia differẽtia est inte te z ipsa. imo multiplicit magna. nã lilia nuda sunt: z
tu diployde z multiplici vestito munit⁹ es vt ꝓdictũ est. Aues celi singl'e singl'a grana colligũt
sed tu singularit ꝓ singulos saccos plene sarcitos mlta grana cũ sollicitudine tpaliũ accumu-
las. Sz q̃ dicis te sine intermissiõe orare. Rñdeo. Tu nõ oras sine intermissiõe. sic legit in col.
la. patr. q̃ Luci⁹ abbas mãib⁹ suis orauit. fecit sportas q̃s vẽdidit: z vnã partẽ in vsus ꝓpri
os z suor. aliã ꝙ in vsus pauperr exponebat. in finẽ dũ ipse dormiret z comederet: alior ora
tiões ꝑ tpus adimplerẽt. z sic ille sine intermissiõe orabat. qõ tu nõ facere soles sz ozo tua erit ti

Beghardus. Hinc beghard⁹ mutato colore loq̃ns in ama- bi in pctm. ps. cviij.
ritudine aiẽ sue dicebat. Laborauj clamãs: rauce facte sunt fauces
mee. ps. lxviij. Et conculcauit cor meum intra me: z in meditatiõe mea exardescit ignis. ps.
xxxviij. qr os pctõris z dolosi sup me aptũ est. ps. cviij. ꝓpositũ tñ infringere nõ videt q̃ in me-
lius illud cõmittat. de iureiur. Peruenit. z ideo ℨ verbosus nolo ꝓtẽdere ꝑbis. qr nunq̃s hũc fi
nẽ ꝑba venenosa. Job. xviij. occurrit mihi ꝑbũ Greg. mora. iij. Sũt nõnulli q̃ tarde loq̃ incho
ant. sed semel inchoãtes hẽ modũ locutiõis ignorãt. Hec ille. Cõstat mihi ꝙ ꝑitas in mãsue
tis z pacificis z nõ cõtentiosis inuenit. vt õt Aug⁹. z hr. iij. sen. dis. vlt. z dicit Arist. j. de celo z
mũdo. Necesse est iniq̃tates veritat⁹ nõ esse inimicos. Ideo boemi z theutonici de fide dispu
tãtes in studio Pragen. nunq̃s potuerũt ꝓcordari qr fuerũt inimici. z sic inter te z me disputã-
do nũnq̃s fieret cõcordia. Honor est ꝙ homi q̃ sepat se a cõtent. õib⁹. Prouer. xx. z dicit Aug⁹.
Nihil simili⁹ actib⁹ demonũ q̃s cõtendere: z Jesus sydrach. Nõ litiges cũ hoie liguato et nõ
struces in ignẽ illi⁹ lingua Eccl̃. viij. z dicit aplus. Noli ꝑbis cõtendere ad nihilũ vtile est nisi
ad subuersionẽ audientiũ. ij. ad Thimo. ij. Itẽ z seruũ dei nõ oportet litigare sed ad omẽs mã
suetum esse. ij. Thimo. ij. Jesus eñ dum tulerunt lapides iudei vt iacerent in eum: abscondit

se ꝛ exiuit de tẽplo. Jo. viij. xiij. q. iij. §. f. Melius em̃ iuxta Greg. in omelia. puto salua fide alieno intellectui credere q̃ cõtentionib⁹ deseruire. Et idẽ in alia sup ẏbo. Magister q̃ est mandatũ magnũ in lege ꝛc. Cõuenerũt scz iudei vt multitudine vincerẽt quẽ rõne supare nõ poterãt: ꝛ a veritate se nudos pfessi sunt q̃ multitudine se armauerũt. ita ꝛ tu clamoroso verborũ tumultu ꝛ oĩno me rõne vincere conaris. Sequar ꝝ xp̃m q̃ dicit. Estote prudẽtes sicut serpẽtes ꝛ simplices sicut colũbe. cauete ab hoĩbus: tradẽt em̃ vos in cõciliis Matth. x. ꝛ iõ dixit ꝙbeta. Ecce pctõres intẽderũt arcũ parauerũt sagittas suas in pbaretra vt sagittent in obscuro rectos corde. ps. xiij. ꝛ si fieri põt ẽm aplm ad Ro. xij. Cũ oĩbus hoĩbus pacẽ habẽdo me nõ defendã ampli⁹ sed dabo locũ ire. ꝛ trãsmigrabo in mõtes sicut passer ꝛ sicut oliua fructifera in domo dei spaui in misc̃dia dei ineternũ ꝛ in seculũ seculi. Ps. lj. et cõtinuo abiit ꝛ recessit cum asino suo et nõ erat: et quesiui eum vt vltra loquerer sibi ꝛ nõ est inuẽtus locus ei⁹. Ps. xxxvj.

Sequit̃ prosecutio ep̃le. Felix. Exquo aũt nouit vestra. R. p. q̃ hic begbard⁹ fact⁹ est sicut bõ nõ audiens ꝛ nõ bñs in ore suo redargutiões. Ps. xxxvij. et tacẽdo dictis meis assentire videt: vt dicit regla iurs. Qui tacet. de re. iur. li. vj. et more dimicantiũ q̃ dũ prodesse vel obesse non pñt p certos apparat⁹ tanq̃ victores recedere solẽt: cũ suo errore dispuit. ꝛ deus derelict eũ. psequimini ꝛ cõprehẽdite eũ cũ sibi adherentib⁹ begbardis: lollhardis: ac begmis ac begutt̃. qz nõ est qui cũ iusticia eripiat eos. et pena illorũ sit met⁹ aliorꝝ. ff. de pe. l. Capitolũ. §. Famosos. qz cõstat q̃ error cui nõ resistit approbat: ꝛ veritas cũ minime defensat oppimit. negligere q̃pe cũ possis pturbare puersos. nihil aliud est q̃ fouere. lxxxiij. dist. c. Error. Cũ hoc maledictũ hominũ gen⁹ sit de illis de q̃bus scribit Salomon quondã epus Constantien. p̃decessor. R. v. p. post Jsido. libro suo vocabuloꝝ de monachis ꝛ ipsos noiat circũcelliones q̃ sub habitu monachorũ circũquaq̃ vagant circa cellas huc illucq̃ discurrẽtes. Et p Ananiã ꝛ Saphiram in exordio ecclie pullulauit. ꝛ p aplm Petrũ succisum legit Act. v. Hec ille. De q̃bus circũcellionib⁹ habet. xxiij. q. v. c. j. et veri pharisei ꝛ ypocrite sunt: quos xp̃s in vita sua semp psecut⁹ est p ceteris generib⁹ hoĩm. vt patz sancta euãgelia legẽti. Insup inobedientes. vaniloqui. seductores: q̃ vniuersas domos subuertũt: docẽtes q̃ nõ optet. turpis lucri gr̃a. semp mẽdaces. male bestie. ventris pigri. ad Tytum. j. Apparentes in vestimẽtis ouiũ: intrinsecus aũt sunt lupi rapaces: Matth. vij. Multũ em̃ proficiũt ad impietatẽ. ꝛ sermo ipsorum vt cancer serpit. ij. ad Thi. ij.

Sequit̃ petitio ꝛ epistole cõclusio. Idcirco humiliter peto quatenus validorũ hmõi mendicãtiũ Lollhardorũ et Beginarꝝ eisq̃ adherentiũ erroribus resistatis. veritatez defensetis. puersos huiusmodi pturbetis: ꝛ nulla interueniente negligentia foueri: eosdẽ pmittatis p eũ q̃ de voluntate p̃is inenarrabilit̃ pcessit ex vtero intemerate ẏginis speciosus forma p filiꝝ hoĩum vt diffundat gr̃am suã in corde ꝛ labiꝝ vr̃is: vngatq̃ vos oleo leticie p cõsortib⁹. O p̃sul ineternũ victure intende prospere: pcede ꝛ regna: in eo qui regnat per infinita secula seculorũ benedictus Amen. Datum Thuregi anno domini Millesimoquadrin gentesimotricesimooctauo Kalẽ. Januarij Jnditione prima.

Sequitur recapitulatio ad premissa.

Quia beghardi Lollhardi Begutte ac Begine: ex cõsueta ꝛ a longa introducta malicia noluerũt intelligere vt bene agerent obdurates aures suas vt aspides surde in tantũ q̃ euãgelisantes nõ aduertũt: neq̃ per predicates quoq̃modo moueri possunt: vt validi nõ mendicẽt. et elemosynis q̃ debilibus pauperib⁹ debent non vtant. Expedit igit̃ vt quẽadmodũ iudei q̃ tam indigni sunt vt p directuꝝ vinculis eccl̃ie. s. excõmunicatiõis ligari nõ possunt vtputa sed p indirectũ excõicant. i. fideliũ cõmunione priuant: vtputa christifidelib⁹ districte p̃cipiẽdo mãdat ne iudeis cõmunicent q̃cunq̃ cõmunione. vt de vsur. Post miserabilẽ. ꝛ de iud. c. Judei. ꝛ. c. se. in fi. ꝛ. c. Postulasti. et ita sufficienter sunt excõicati ꝛ maledicti dũ a xp̃ianis nullã penit⁹ sentiũt sustentatiõem. et ita videt fore necessariũ vt xp̃ifideles inducant vt suas elemosynas dictis begbardis ꝛc. saltẽ validis ad laborandũ nõ cõmunicẽt, exquo ipi a pceptione elemosynarũ induci nõ possunt, ꝛ hoc

. fortę ꝑ talē modū vt sequit: aut meliorē vt sagax ꝑdicās rōnabiliter rōnes rationi poterit applicare. qz vtiqz q̄ ad begbardos q̄buscūqz sermonibz tanqz cōtra iudeos obstinatos, pficere nō possum⁹. Et qm̄ ꝑ indirectū cōtra begbardos extitit, pcedendū: dicak in effectu qz saluari non possum⁹: etiaz si sine pctō fuerim⁹ nisi miscōie opa fecerim⁹ vt vox diuina in extremo iudicio ꝑ horrendā sententiā illos cōdēnabit. ad q̄s dicet. Discedite maledicti in ignē eternū ⁊c. Esurui enim ⁊ nō dedistis mihi mādu. ⁊c. matth. xxv. Cum aūt inter opa miscōia ipsa elemosyna teneat ꝓncipatū. ⁊ est illa pietas de qua dicit Elemosyna ab oīi pctō a morte liberat ⁊ nō patit aias ire ad tenebras magna erit dño deo summo omib⁹ factōib⁹ cā. Tho. iij. Et extinguit pctā sic aqua ignē. Ecci. iij. Et sicut in medicina vna ꝑdominat herba. ita in penitētia elyna. de pe. dis. j. c. Medicamentū. ⁊ elemosyna multa bona, pfert q̄ diligēs lector colligere poterit: ⁊ notanter dicit ps̄. Beatus q̄ intelligit super egenū pauperē: in die mala liberabit eū dñs ⁊c. ⁊ prosequit idē ps̄. vsqz ad finē. Ergo elemosynā cū magna faciam⁹ cautela ne labores ⁊ expensas perdamus. Et insup videam⁹ ne nobis ⁊ alīs fiat in pctm̄. vt vicz non demus his q̄b⁹ danda non est; put sunt validi mendicātes. i. fortes ⁊ abiles ad laborandū. ⁊ cū hoc viuētes in pctis cū ꝑposito nō desistēdi: vt begbardi ⁊ begine: q̄b⁹ duplici de causa nō est danda elemosyna. Prima si ⁊ inquātū sunt fortes ad laborādū ⁊ nō laborāt. Scōa q⁹ temere ⁊ friuole peccāt petēdo ⁊ recipiēdo elemosynā cū ꝓposito nō desistēdi. nec hoc graue pctm̄ mortale. qđ peius est, ꝑ pctō reputāt: nec pniam nec contritiōez de hoc pctō hūt. ⁊ ita morient⁹ morte pctō⁹ pessima ⁊ nō videbūt lumē in eternū se excusantes ꝑ xp̄m ⁊ Alexiū: mentientes. qz nec xp̄s nec apl̄i nec vnq̄z alīq⁹ bon⁹ aut honest⁹ hō legit: aut ꝑ vero ōr validoz corpe mēdicasse seu elemosynā recepisse: exceptis his qui sunt de ordine aꝓbato mendicantiū. Sed qđ sit peccatū mortale ⁊ graue nimis: sano ⁊ habili corpe ad laborādū recipe elemosynā. patet qz scriptū est. Illi tm̄ recipiāt pauperes cibos q̄ tā laborare nō pñt. xxxj. q. j. Quomō. j. q. j. Uiduas. q̄ aūt de bonis parētuz vel laboribz ꝓpr̄is sustentari possunt. si qđ pauper est recipiūt. vicz elemosynā: sacrilegiū ꝑfecto cōmittūt. ⁊ ꝑ abusionē taliū: iudiciū sibi manducāt ⁊ bibūt. j. q. v. c. Clericos. Itē accepisse pauplb⁹ erogā dū. aut qđ apertiss̄ mi sceleris est extinde aliq̄d subtrahere omniū ꝑdonū crudelitatē supat. xij. q. ij. Amico. Et ita eozundē validoz mēdicātiū pctm̄, ꝑ multos veteris ac noui testamētoz: ac vtriusqz iuris scripturas: ⁊ aliox sctōz patrū autoritatib⁹ ꝓbari pōt qđ brevitatis cā obmittat. absqz eo q⁹ tales begbardi ⁊ begutte vt plurimū sunt maioris excōicatiōis sententia iuxta sacroz canonū statuta innodati, ꝓpter habitū eiusdē noue religiōis assumptū. Sz parū essz si iste despirate ⁊ dyabolice psone vicz Begbardi ⁊ begutte q̄ als sunt filij belial foret dānate in sua pfidia quā gerūt ꝯ clerū ⁊ religiosos. sz restat deteri⁹. Hā exq̄ scriptū est. Facietes ⁊ psentietes eadē pena puniunt. vt de simo. Hō satis. ⁊ psensus facit alienū pctm̄, ꝓprū. xij. dis. ꝑ totū. fort⁹ puniēdi sunt illi q̄ nō tm̄ psentiūt illis. sz insup ipos begbardos ⁊ beguttas in sua malicia ⁊ crudeli sacrilego pctō cibāt. potāt. fouēt. nutriūt atqz ꝓsilia ⁊ auxilia pstāt. ⁊ ꝑ hoc simili pena vicz crudeliū ⁊ sacrilegoz pctōz puniēdi veniūt. ⁊ se alieno pctō grauāt cū ꝓpria sufficerēt ⁊ similiē cū talib⁹ crudelib⁹ ⁊ sacrilegis pctis ꝑ pctō apō eos nō reputatis in pfundū inferni sine pnia ⁊ cōtritiōe mergunt. Quaz rectores aiaz ⁊ eccl̄iaz subditos suos ꝑ viscera miscōie dei nostri exhortari: admonere: ⁊ solert̄ inducere ꝑ has ⁊ alias autoritates: efficatioresqz rōnes nō postponāt: vt suas elemosynas nō illis begbardis ⁊ begutt⁹ validis: etiā alīq⁹ fortib⁹ ⁊ abilib⁹ psonis q̄ suis laboribz nutrire se pñt: tribuāt. sz debilib⁹ ⁊ pauplb⁹: q̄rū infinit⁹ est nūerus largiri ⁊ donari, ꝓcurēt. vt tā magnū meritū adipisci. put dictū est liberalit̄ valeāt ⁊ nō perdant: per eū qui est largitor omniū bonoz per infinita secula seculorum benedictus Amen

QUē admodū beatissimus Hieronymus

vastas terre solitudines: egyptiqz loca ꝓlustrauit. vt per sanctoz patrū vitas vineaz dñi plantaret: ac multos ad bonoz operū sequelā inuitaret. laborioſuz volumē hystorialiter exarauit. de quo fucatū colorē: plericz modernis temporibz peruersi sumentes congregauerūt conuēticula eorū de sanguinib⁹ suaz ꝑ hāc maliciaz multiplicit̄ palliādo. de quib⁹ profecto dicit in. c. Inter sollicitudines. de purg. cano. sic inquiēte. Inter sollicitudines nostras illa debet esse ꝓcipua vt capiamus vulpeculas que demoliunt vineam dñi sabaoth. spiritus quidē habent diuersos, sed caudas inuiē colli-

gatas:qz de vanitate cõueniũt in idipm. Hũ sunt nãqz caupones q̃ aquã vino cõmiscẽt q̃ vir⁹ draconis in aureo calice babylonis ꝓpinat.qui iuxta verbũ ꝓphetici arcũ rem amarã intendẽrũt.Ps.lxiij.quoz error serpit vt cancer:ita q̃ nisi portinus in floze ladat.fructũ nõ solũ amarũ sed etiaz pestiferũ germinabit. Hoc aplus pdicator egregius in epla sua ꝓphetico sermone describit.z docet modis omiby cuitãdos. Cõtra quos sacerdotes tubis argẽtei clãgere debẽt. vt cũ clamãte populo arca federis pcedẽte muri coznuant hierico que iã fuerat ppetuo condẽnata anathemare.ita q̃ si q̃s ex ea vel regulã aureã furari psumpserit:cũ Achioz filio Charim lapidiby obruak. Hec ille. Ita ego Felix clericus cantoz Churicẽsis Decretoz doctoz inutilis in quodã frodoso nemoze ad fozes cuiusdã domus solitarioz seu beremitaz pteriens.vidi simulacrũ cuius subscriptio fuit hec: vicz Agnus dei:crucis signaculo z dyademate decoratu: vnde solerter mihi pulsanti reserata sunt ostia. z ptinuo occurrẽti lequebar. Pax huic domui. Qui ait. Pacificus est ne ingressus tuus.j. Regũ.xviij.z dixi. Pax dei q̃ exuperat omnẽ sensuz; cõuertat coz tuũ ad pacẽ.ad Phil.iij. Vñ ait ipe Dñs custodiat introitũ tuũ. Ps.cxx.z continuo mirabar ꝗre hmõi versuz nõ cõpleuerit. Et introduxit me in habitationẽ istã: vbi mox vidi promptuaria plena eructãtia ex boc in illud. Ps.cxliij.z exposit q̃sdã boies in habitu religioso cappatos:scapulariatos z plures ex eis barbatos pcedẽtes.z in vno loco ad horã orationis nonã:se (vt asseruerũt) cõgregãtes. Et iterũ dixi. Aperiat dñs coz vestrũ. Et respondens vnus de senioribz dicẽs mihi demõstrãdo fratres suos. Hi sunt q̃ venerũt ex magna tribulatione z lauerũt stolas suas z dealbauerũt eas in sanguĩe agni. Ideo sunt bi ante thronũ dei et seruiũt ei:die ac nocte in tẽplo eius. z q̃ habitat in throno:habitat sup illos.nõ esuriẽt neqz sitient amplius.neqz cadat sup eos ros neqz vllus estus. Apocalyp.vij. Et ego cõtemplãdo cosdẽ dixi.z ideo apparent vultus coz meliozes z corpulẽtiozes pre omnib q̃ vescebanꝁ cibo regio. vt Dañ.j. At vltra intulit idẽ. Ecce q̃s bonũ z q̃s iocundũ:habitare fratres in vnũ.ps.cxxxij. Et hoc dicto: cõuersus ad fratres suos ait sub silẽtio.lupus est in fabula: vt scribit Jsidozus ethimo.xij.li.c.ij. Et fortassis sicut agniculus naturaliter cõtremẽdo agnoscit lupum appropinquantẽ sibi.licet prius nõ viderit.prout dicit Plinius de naturis rerũ.ita admirando mox cognouerũt aduersantẽ sibi.z oẽs videtes me deriserũt me:locuti sunt labiꝫ z mouerũt caput Psalmo.xxj. Et ideo ali⁹ frater coznudẽ subiũxit. Vtiqz habitabit lup⁹ cũ agno. Esa.xj. Et sicut dicit Greg. vnus loquaꝁ pro oiby vt omnes loquamur p vnũ. vt siquidẽ vicerit:oẽs videamur victozes si aũt victus fuerit:solus videaꝁ confusus. nõ perpẽdẽs quod sequiꝁ q̃ leuis est consolatio q̃ in se cõfusus est qõ ab aliꝫ ignoraꝁ. vnde exaltarũt electuz de plebe sua.videlicet senioze predictũ z statuerũt in mediũ vt daret respõsa petẽti. Ad quẽ ayo. Cur agnus immaculatus ponit in fozib⁹ vestriꝫ figuratus: q̃ blandis victisqz sermonib loquebaꝁ mihi tanqz amico et sentiꝫ q̃ rhete expandebat sermõibz meis.vt Prouerbioz.xxix. Et dixit ꝼm Jsidoz vbi supra.c.j. Agnus scõm grecos dicit quasi pius. Nam inter animãtia maxime inuenit mansuetus z innocens. z quicqd in eo reperit est vtile.z pellis ad variũ vsum.pilus ad indumentuz. vngula z cornu ad medicatiõez. Et scõm latinos. Agnus dicit ab agnoscendo:eo q̃ in ceteris aialib:etiã in magno grege omnũ si errauerit statim in balatu vocẽ noscit parentis. Itẽ captus et ligatus nec corrupetit nec dente se defendit.z si spolict vellere sine cute.sicut animal innocuum obmutescit. siue cũ ducak ad pascua siue ad victimã non gemit:nõ murmurat.nõ recalcitrat sed obedit. Hec ille. Nos autẽ qui sequimur agnũ quocunqz ierit.scilicet Christũ qui patientiã nos docuit.quia cũ percuteret nõ repercutiebat.cũ malediceret nõ maledicebat. cũ paterẽt nõ cõminabaꝁ.xlv.dist. Episcopũ.vij.q.j. Suggestũ. In cuius figurã habent agnũ tanqz christi patiẽtiã per quã possidebimus animas nostras Luce.xxj.pro titulo cõgregatiõis z domus habitatiõis nostre proferimus. Hã sicut nobilitas in signũ dominatiõis arma preponit regũ palatiꝫs.ita humilitas nostra in signuz patientie agnũ mansuetũ cruce signatũ depinguit in suis solitariozũ tugurijs. Ad quod mox affirmãs nomen suũ:loquebar. Letatus sum in hiis q̃ dicta sunt mihi.sperans p hoc firmare ꝓpositũ suũ.q: ppatientiã vestrã si vtiqz vera est.z nõ reddit malũ pro malo z nõ pro bono malũ.sed bonũ pro malo.vt.xxiij.q.iij. Sex differentie. spero multũ pro salute vestra,pficere Hã patiẽtia vult suas z suoz iniurias equanimiter tolerari.vt.xxxiij.q.j.§.j. In medio.z q̃ patiẽs est:multa gubernaꝁ sapiẽtia.q̃ aũt ipatiẽs est exaltat iusticiã suã. Prouerb.xviij. Sciui eteni ipm cũ suis foze ypocritã dolosuz volens dolo bono: fraudẽ z dolũ ipsius excludere.vt.ff.de leg.ij.l.cũ ptoz.§.Titio.in fi.z artẽ arte intẽdens delu-

dere.sic ꝛ per insidias ꝛ ꝑ dolū possumus licite deuincere hostes nostros.vt.xxij.q.iij.Utilem. vbi ō ꝙ Jehu rex isrl̄ finxit se idolū velle colere.iij.Reg.xix.sic inquiēs scio qꝛ verax es ꝛ viā dei in veritate doces: ꝛ non est tibi cura de aliquo:nō em̄ respicis ꝓsonam hoim.Matth̄.xxij. Dic ergo mihi me fideliter informādo. quia fides sine operib⁹ mortua est. Jaco.ij.ꝛ.j.q.ij.Fertur.cū cōcor. ꝛ opus cōmendat artificē.in aut.de domo.§. Hinc cogitandū.coll̄.j. Que sunt opa tua ꝛ tuoꝝ ꝓfratrū.Interrogat em̄ ꝗs vt ad interrogatiōez cōpetēter rñdeat ꝑm Bedā sup̄ illo ꝓbo xp̄i.Ostendite mihi nūmisma cuius est imago.Matth̄.xxij.Et respōdit mihi senior. Opa pietatis sine quib⁹ nemo saluari poterit. vt Matth̄.xxv. Nam per pietatis opera homo instituit̄ vt etiā p̄ntis vite subsidia ꝛ eterne claritatis p̄mia percipere mereat̄. vtrūq; em̄ pietati promittit̄.s.salus p̄sentis vite ꝛ future.vt.xxij.dist.in p̄n. Unde aplūs scribens.j.ad Thi.iij. ait.Exerce teipsum ad pietatē. nā corpale quidē exercitiū modicū vtile est.pietas aūt est vtilis ad oīa habens ꝓmissiōem vite que nūc est ꝛ future Ibidē.Inter que aūt opa pietatis nō minimuꝝ est errantē ab erroris sui semita retrahere.de spon.Inter.ꝛ maxime in periculo huius ꝛ eterne vite ꝓstitutos.quoꝝ animas tantū cōfortamus.vt multos eorundē que ab spe desperatēt spem ꝓmittendo saluos fieri nō dubitamus:ꝛ ita multas aīas p̄ciosas ꝛ omīb⁹ corporib⁹ p̄ciosiores nostra diligētia ab infirmis ꝛ egrotātib⁹ morituris ad celū ducimus ꝓuehēdas.ꝛ si de vno peccatore penitētiā agente gaudiū erit in celo.vt Luc̄.xv.quāto maius gaudiū de pluribus nr̄a sagacitate inductiōe ꝛ puidētia:peccatoribus ad supna ꝓmotis.At ego.O frater audi ui auditionē tuā ꝛ nō timui. q̄ dulcia eloquia tua ori meo sup̄ mel ꝛ fauū.hoc opus pietatis poptime plustrasti.Sed restant alia q̄nq; que sub vocabuloꝝ pietatis cōprehendi p̄nt.ꝛ inter oīa pietatis opa dignior ꝛ potētior est:vicz elemosyna.de pe.dis.j.Medicamentū. est fabricis ꝛ ornamētis eccl̄ie p̄ponenda.xij.q.ij.Gloria epi.Rñdit ipe senior.Aurū ꝛ argentū nō est nob:sed tantū qō habem⁹ (vt p̄mittit̄) hucusq; dedim⁹.Nec ad largitionē elemosynaꝝ tenemur licet de elemosyna elemosyna fieri possit.vt.xij.q.j.Habebat.Nec nobis est p̄ceptū prout dicit sc̄tus Tho.in sūma.q.xxxij.art.v.ꝙ ex parte dātis elemosynā ꝓsiderandū est ꝙ illud qō in elemosynā est erogandū sit ei supfluū nō solū respectu suiꝰ ꝓprii ꝙ est supra id qō est necessarium respectu sue vite ꝓprie.sed etiaꝝ respectu alioꝝ quoꝝ cura sibi incūbit.ꝛ postea de residuo alioꝝ necessitatib⁹ subueniat:rationi quoꝝ dicit̄ necessariuꝝ persone sicut in primo accipit sibi ad sustētationē ꝓpriꝰ corporis quod est necessariū monasterio virtutis nutritiue. supfluū autē erogat ad generationē alterius per virtutē generatiuā Et ita ꝑm eundē Tho.ad elemosynarū distributionē non tenemur.quia q̄ possidemus vix nobis ꝛ nostris sufficiūt.Tu autē dñe cui vno vel pluribus beneficijs abundanter extitit prouisum sub precepto ad elemosyna stricte teneris Unde Ambro.dicit An idcirco videlicet deus magisq; ꝛ tibi voluit benignitatis sue experimēta cōferre: ꝛ aliū pro virtute patiētie coronare.tu vero susceptis dei muneribus ꝛ in sinū tuū redactis nihil reputas te agere iniquū.si ꝛ multoꝝ vite subsidia solus obtineas.quis enī tā iniustus tam auarus q̄ qui multoꝝ alimēta suū nō vsum sed abūdantiā et delicias facit. ac si diceret nullius neq; em̄ minus est criminis habentē tollere: q̄ cum possis abundās indigētib⁹ denegare. Esurientiū panis est quē tu detines:nudoꝝ indumentū quod tu recludis:miseroꝝ redēptio est ꝛ absolutio pecunia quā tu in terra fodis.tantoꝝ ergo te scias inuadere bona.quantuꝝ possis p̄stare quod velis.i.velle debes.xlvij.dist.Sicut hij.Sic tu clerice plus q̄ cōpetenter beneficiate ad elemosynas sub p̄cepto teneris.ꝛ ꝓ cōsequens sub pena peccati mortalis rōnabiliter obligaris. Nō aūt dubito quin elemosyna sit p̄ciosissimū opus misericordie qō a pctō ꝛ morte liberat.Thob.iiij.Quare dixit Greg.ad tribuēdū cur pigri estis qū hoc qō facēti in terra porrigitis sedēti in celo datis.Quib⁹ ꝛ his silia cū magna sagacitate in suoꝝ fratrū aspectu.de triūpho nobili nō mediocriter exultātiū ꝓlatis:būiliter aiebā.O frater amāde. Bñdictus ꝑm oris tui.q̄ dulcit̄ me tuis iuribus ꝛ sermōib⁹ corroborasti.Dic queso.Est ne modus qꝰ tu ꝛ fratres tui tm̄ ꝑmū vicz erogatiōis elemosynaꝝ possetis adipisci.Qui dixit.Utiq; domie:ꝗs dubitat. sed ego cū fratrib⁹ meis optimā partē elegimus cū Maria sorore Marthe:q̄ nō auferet̄ a nobis.Lu.x.O ratiōib⁹ aūt ꝛ cōtēplatiōib⁹ ac in ieiunio ꝛ fletu vacādo.alijs opib⁹ quō insistere possemus.ꝛ ideo in humiliato spū ab alijs xp̄ifidelib⁹ elemosynā poscimus ꝛ in his puidētia diuina largit̄ reficimur:ꝛ gr̄as agimus dño.O frater iterū loquebar cū reuerētia ne fictā ostenderez humilitatē:cū res de facili reuertit̄ ad naturaꝝ suā.ff.de pac. Si vnus §. Pactus.Et dixi.Salua tua discretiōe ꝛ vberioris informatiōis causa:nōne quoddā opus

miſcẽdie notabilit allegaſti. vicz infirmoꝝ viſitatiõez q̃ in ſe nõ cõtinet ꝓtemplationez: ſed vtiq; vite actiue cooperationẽ. Warta vtiq; ſuꝑadictaz vite ꝓtemplatiue ſpeculũ nõ legim⁹ tales ꝑ feciſſe. Sed lucidius ꝓcedẽdo nõ apꝑet in domo tua z omib⁹ habitantib⁹ in ea hmõi ſpeculatiõis locũ vnq; obtinuiſſe: ſed tantus eſt tue humilitatis gradus q̃ addiſcere vis oi rpe z a q̃libet edoceri. ff. de fideiuſ. l. apud. z cõſtat tibi qõ Aug⁹. dicit. Ego ſenex a puero nondũ anniculo paratus ſum edoceri. xxiij. q. iij. Si habes. z ſtultus eſt q̃ bona q̃ videt diſcere ꝓtemnit. xxij. diſt. De cõſtantinopolitana. Vñ atento q̃ dicit ſcẽs Tho. per te allegatus in ſcriptis. di. xv. q̃ elemoſyna virtute includit oratiõnẽ z ieiuniuz duplici ratione. Primo q̃ elemoſyna cui dat conſtituit debitoꝛez ad oꝛandũ z ieiuniũ z ad alia opa bona q̃ põt faciendũ ꝓ eo q̃ dedit. Scõo q̃ elemoſyna ꝓpter deũ data eſt quaſi oblatio q̃dam deo facta. Vñ etã dicit pẽus. iij. ethi. q̃ dona hñt aliquid ſimile deo ſacratis. oblatio autẽ ipſi deo facta vim oratiõis habet. z hic inquãtũ bona exterioꝛa ad coꝛpis ꝓſeruationẽ ordinant. ſubtractio exterioꝝ bonoꝝ ꝑ elemoſynã quaſi virtute continet ieiuniũ q̃ ad macerare coꝛpus. ſic z oꝛo virtute ꝓtinet ieiuniũ. q̃ extenſio in adoꝛãdo deũ debilitatẽ coꝛpis parit. vñ elemoſyna ꝓpriꝰ habet vim ſatiſfactiõis ꝓ noſtris pctis quib⁹ omes inuoluimur q̃ oꝛo: z oꝛo plus q̃ ieiuniũ. et ideo dicit. j. ad Thi. iij. Coꝛpalis exercitatio ad modicũ vtilis eſt. z ideo elemoſyna magis inducit vt vniuerſalis medicina pctí q̃ alia pietatis opera. ſicut patet Lu. xij. Date elemoſynã z omnia mũda ſunt vob. et Dañ. iiij. Peccata tua elemoſynis redime. Ad q̃ paꝝ obmutesces ſenioꝛ. z extũc alta voce proclamãs dixit. Scptũ eſt. Aures hñt z nõ audiẽt: oculos hñt z nõ videbũt. pſ. cxiij. Nõne dixi tibi. Aurũ z argentũ nõ eſt nobis. Nunq̃d ad ipoſſibile nos aſtringere velles: ꝓtra regulam iuris. Nemo li. vj. z illud enĩ ſoluz poſſumus qõ cõmode poſſum⁹. de reſcrip. Sciſſitatus. vtiq; poſſibilitas in omib⁹ ſubaudit. de re. c. ij. cũ ꝓcoꝛ. vnde q̃ non poſſumus dare elemoſinã bona nra volũtas ꝓfecto habet z ſufficit nobis. vt. xxxij. q. v. c. Nec ſolo. cũ ꝓcoꝛ. z hoc expiẽter videt in eo q̃ ad baptiſmũ ꝓperat. z in via decedẽs ſalvabit. vt de pẽby. nõ bap. c. ij. in glo. vlt. vbi voluntas ꝑ facto habet. ſimiliter in malo vt patet in eo q̃ viderit mulierez ad ꝓcupiſcendũ eam: mechatus eſt eã in coꝛde ſuo: vt. xxxij. q. v. Qui viderit. Idcirco ab re noli ꝓtendere. neq; in furoꝛe tuo coꝛripias me. Pſ. vj. Ad que moꝝ intuli: abſit q̃ iraſcar. ad qõ me cõpellit venerabilis manſuetudo tua. Noui eteni intra me qõ inter multos erat mecũ ꝓtrarius opib⁹ meis z q̃ etiã blãdimentis nõ aſperitatib⁹ infideles ducẽdi ſunt ad fidẽ. vt. xlv. diſ. Cũ ſincera. z. c. De infideles. Vñ ſubiũxi. Si placeret caritati tue huius articuli tui dicerẽ ſolutionẽ. Et placet inquit: vñ loquebar. Scias q̃ in multis caſib⁹ volũtas ſumit pro facto: prout ꝑ te optime ꝓbatũ eſt ſed vbi de neceſſitate opus eſt facto nõ ſufficit volũtas ſi factũ adimpleri nõ põt: vtputa velle eſſe in Roma vl bierlm ꝓpter indulgẽtias: vbi voluntas tantũ operari nõ põt quãtũcunq; bona niſi tranſiuero ꝓſonaliter ad illa loca. quia nõ aliter valent q̃ ſonant indulgentia ꝓ indulta. vt notat Hoff. in ſumma. §. vl. de pe. z re. z vltra. quãdo voluntas recipiat ꝑ facto vel nõ. vide plene prout determiat Jo. an. in mercu. ſup regula. Jn penis. li. vj. O inq̃t ſenioꝛ. Et illud eſt qõ volo. ſed factũ adimpleri non põt. qõ imo nos in noſtra ſocietate adimplere nõ poſſumus vt ꝓdixi. Ad qõ loq̃bar. O frater attende q̃d dicit Doctoꝛ gentiũ. ij. ad Theſſal. c. vlt. vbi inter cetera ſic inq̃t Denũciamus aũt vobis fratres in noĩe dñi noſtri Jeſu xpi vt ſubtrahatis vos ab oĩ fratre ambulãte inordinate: z nõ ꝑm traditiõem quã receperũt a nob. Jpi enĩ ſcitis quẽ admodũ oportet vos imitari. q̃ nõ inquieti fuimus inter vos. neq; gratis panẽ manducauimus. ſed in laboꝛe z fatigatiõe nocte z die laboꝛãtes: ne quemq̃ veſtruz grauaremus: nõ q̃ nõ habuerimus poteſtatẽ: ſed vt noſmetipſos formã daremus vobis ad imitandũ nos. Hã z cuz eſſemus apũd vos hoc denũciabamus vobis: qm̃ ſi q̃s nõ vult opari nec mãducet. Audiuim⁹ enĩ inter vos q̃ſdã ambulãtes inq̃ete nihil opantes ſz curioſe agẽtes. his aũt q̃ eiuſmodi ſunt denũciamus z obſecramus in dño ieſu xpo vt cũ ſilẽtio opantes ſuũ panẽ maducent rẽ. Jn his verbis ꝑfo clare oĩdit ꝓut glo. ibidẽ demõſtrat. ſubtrahẽduz ſe foꝛe ab oĩu fratre ambulãte inordinate. i. nõ ambulandũ foꝛe cũ mala ſocietate: z ſeruos dei coꝛpaliter opari vnde viuãt. vt nõ cõpellant egeſtate neceſſaria petere. ſed q̃ poſſint alijs elemoſynã miniſtrare. z tribuere neceſſitatẽ patiẽti. vt dicit idẽ apl's ad Eph. iiij. z vt ipleat qõ ſcptũ eſt ꝑ Greg. in omel. de tuis laboribus iuſtis miniſtra pauꝑib⁹. nõ auferas alteri vñ alteri tribuas. nõ te miſericoꝛdẽ oĩdas alieno ſpolio. Jtẽ nullũ deſpicias. vacuũ nullũ dimittas. nullus a te triſtis abeat. nemo abs te ꝓfuſus diſcedat. oĩb⁹ cõmunica. oĩb⁹ tribue. nõ eligas. nõ elonges cui miſereaꝛ ne foꝛte ꝑtereat q̃

mercak accipe. hec ille. Si igit apli xpi ac oēs frēs q̄ndā in egypto felicissime degētes. ac dēp̄senti plēs xp̄ifideles in sudore vult⁹ sui laborātes. z labores manuū suaz manducātes seq̄ voluerīs gl'iosissima elyanz p̄mia supius descpta. poterīs nō p ip̄ossibile. put allegasti: sz comode rite ac rōnabilr adipisci. Si aūt tu cū societate tua hec saluberrima monita nō adipleuerīs sz ocio sitati q̄ fm Bern̄. mater est nugaz z nouerca viciōz. vacauerītz z elynas de cetero. put hacten⁹ corpe sano recepitis grauī sacrilegio z mortali pctō vos nouerit cōtaminatos. vt. j. q. ij. Clericos. z. q. ij. Amico z pluribz alijs vtriusqz iurīz z aliōz sctōz patrū autoritatibz cōstare poterit euidenr nisi aliud mihi tua oñdeit caritas q̄ nō irritak nec cogitat malū: nō gaudet sup iniqta te: cōgaudēt aūt veritati. j. Lōz. xiij. At ille. Rogo inqt acq̄esce sermonibz meis. Hā vt cōcepi aīe p̄ferēde sunt cūctis corpib⁹. xij. q. ij. Anime defunctoz. qz ad similitudinē dei create sunt. de pe. dist. ij. Et illa. cur igit nō curaz eorundē cūctis extollerē occupatiōibz mūdi cū etiā regimen earundē ars artiū intitulek. de eta. z quali. oz. Cū sit. Si aūt aīaz p̄fectus nobis fuit cure: vt p notaui: q̄d vtilius nos exercere disponis. Jnuanū laborēs tui sunt in domo aliena. z ad nihilū redigis. qō p̄mouere cupis. z hec est vnica felicissime canonis nostri voluntas. Ad que inferēbā: p̄pter veritatē z māsuetudinē tuā deducet te miserab'liter dextera tua. Ps. xliij. ad aperiēdū cordis mei secreta bene dixisti. sz si addideris bonū bono: facies ipsum magis bonū. vt in aut. Multo magis de sacrosanc. ec. si ergo hoc tuū exercitiū imples. z insup panez ociosus nō comedas laborēs manuū tuaz māducis. z de iustis laboribz egenis tribuis. z maledictionem mēdicatiōis euitas. p̄culdubio saluus eris. Si aūt solū aīas ad celū vis p̄uehere z lingua tua trāsibit in terra. sicut faciūt p singulos dies q̄ sedent in cathedra moysi q̄ alios docēt z seipsos condēnant. Sic z dyoclecianus nō melioz est sed peioz q̄ multos ad superos p̄monit beatorū martyrū spūs. Quid ergo p̄dest vniuersuz mūdū lucrari. aīe vero sue detrimētū pati. de symo. Matheus. Hinc senioz talē vultū ostēdebat ad instar illoz q̄ in mēte gerebat z dixit. Nōne scribit in iure tuo q̄ p̄suetudis vsusqz lōgeui nō sit leuis autoritas: z plerūqz discordiā pariant nouitates. z est lex. ij. C. q̄ sit lon. p̄sue. quas nouitates tu q̄dem introducere conaris. imo hmōi cōsuetudines leges faciūt z trāgressoz eorū vt trāgressoz legis punit. xj. dis. Jn his. Dimitte ergo nos tāta lege gaudere qz legittimo p̄scripsimus. naz z pres nostri nūciauerūt nobis Interroga ergo generatiōem p̄stinā z diligēter inuestiga patrū memoriā: z ipi docebūt te. Job. viij. q̄m pauperē vitā gerimus z pauptas in nobis nō est p̄temnēda qz xps eā docuit z edificauit. xij. q. ij. Elia epi. Ad q̄ dixi. O pater dulcissime tanta fretus es virtute q̄ animū tuū nō possum cōmouere. Scias q̄ scriptū est de p̄sue. c. vlt. q̄ tāto sunt grauioza pctā quāto diutius infelicem aiam detinēt alligatā. nemo sane mētis intelliget naturali iuris cultus trāgressio p̄cultū salutis inducit quacūqz p̄suetudie q̄ dicēda est in hac pte potius corruptela posse aliquatenus derogari. licet em̄ lōgeue p̄suetudis nō sit vilis auctoritas. nō est tm̄ vsqz adeo valitura vt vel iuri positiuo debeat p̄iudiciū generare nisi fuerit rōnabiliter z legittime p̄scripta. z dicit Poeta allegat⁹ in. c. Quāto. eo. ti. Cōposito late fetēti q̄so ciba te. Qui putas excluſuz crimē p tpis vsum. Ac si diceret. q̄ cōpositū raparū z olerū sit vetus tū fetet. Esto aūt q̄ p̄missa tua enūerata bōficia. z insup omia z singula tua acta z actitata sint valde bona. constat aūt tibi q̄ scptū est Defleat pctōr qz offendēs in vno fact⁹ est oīm re⁹. etiā si alīs totā legē seruauerit de pe. dist. j. Frēs. z de re. iu. Defleat. put Origenes q̄ iuxta Hieronymū octo milia volumina exceptis epistolis magno conamīe totū mundū decorādo cōposuit: qbz hodie vtit eccl̄ia in laudē oipotētis. in vno reus factus est. z ideo in decalogū hereticoz dānatoz p̄scriptus est. z alij hereticī ipm seqntes ab eodez denominati sunt. vt. xiij. q. ij. Quidā. §. Origeniani. Nōne hic Origenes beneficia tua z tuoz fratrū excessit: z vno vicio succubuit. Reuertere reuertere sunamitis. Cant. vj. vt intueamur te in nullo deficere z in omibz p̄fecte stare z firmiter credere q̄ valido corpe tibi sit crimen mēdicare vt dicit lex. C. de validis men. l. j. li. ix. z ibidē plenius in glo. z noli opinionē tuā sacroz canonū z beatoz patrū p̄ponere decretis. Et ecce sicut scriptū est. Nō crediderūt p̄bo eius: z murmurauerūt in tabernaculis suis nō exaudierūt vocē dñi. ps. cv. Quaz p scripturas locutus fuit: z p̄uenerūt in vnū aduersus dñm z aduersus xp̄m eius. Ps. ij. z nolebāt intelligere vt bñ agerēt. Quib⁹ auditz dixerūt ad inuicē. Dur⁹ est hic fmo: q̄s pōt eū audire atqz abierūt retrorsuz. xxiij. q. j. §. Sed notādū. et. Jo. vj. cū p̄cor. Videam⁹ ergo si sermōes illi⁹ veri sunt z tēptemus q̄ vētura sunt illi. z sciemus q̄ erūt nouissima illi⁹. Sap. ij. z mirati sunt q̄ callidi-tas coz insidiādi locū nō inuenisset. z postea reuersus est cū societate sua. z mihi quidē pacifice

loquebant: ⁊ in iracūdia terre loquētes dolos cogitabāt dicentes. Loquere oīa que sunt in corde tuo. ⁊ ne parcat oculus tuus nobis: ⁊ patiēter sustinebimus te ⁊ cōfisus in dño ⁊ in potē tia ꝑtutis eius ita exorsus suꝫ. Nō em̄ ypocrite estis: ḋa nō exterminatis facies vestras vt appa reatis hominib⁹ ieiunātes vt ꝓtactū est Matth. vj. Est autē ypocrisis simpliciter cōsiderata, put solū inducit simulationē vel fictionē: nō ita grauis sicut homicidiū vel adulteriū cū ypocrisis possit esse veniale pctm̄ tantū. vt dicit Tho. q. ij. q. cxj. ypocrisis tm̄ que ꝓnūc apō plures regnat put erat pharisaica magne grauitatis est. Vñ sup istud verbū saluatoris Lu. xij. Attēdite a fer mento phariseoꝝ quod est ypocrisis. Beda ait. Sicut modicū fermentuꝫ totaꝫ farine massam corrūpit. sic simulatio animi totā virtutē sinceritatē ⁊ veritateꝫ defraudabit. Et tho. Nihil em̄ sic alterat mores vt ypocrisis pharisaica. vnde patꝫ q̄ grauitas huius pctī ꝓut in phariseis vigebat: magna est tanq̄ alteratiua ⁊ corruptiua omniū morū. Circa qō ꝓsiderādū est q̄ sicut euāgelioꝝ diligētissime cōsiderāti patet manifeste q̄ xp̄us nō legit tā acriter ipugnasse vicia si cut ypocrisim phariseoꝝ. Cuius ratio est: nā ypocrisis pharisaica quā increpabat ex quattuor causis reddit grauissimū pctm̄. Prima est ꝓpter ipius grauitatē. Que ḋem grauitas patet ex hoc q̄ viciū ypocrisis est corruptiuū oīm morū: vt dictū est. Secundo vt dicit glo. super illud Treno. iij. Maior est iniq̄tas. s. ypocrisis: populi mei pctō sodomoꝝ. ⁊ ratio q̄ ꝑm Hiero. sup illud Esa. xxix. ⁊ Matth. xv. Populus iste labijs me honorat: cor aūt ipoꝝ lōge est a me. In cōparatione duoꝝ malorꝝ melius est aperte peccare q̄ simulare sanctitateꝫ. In tali em̄ simu latione cōcurrit duplex iniquitas. quaꝝ vna est malicia interior. alia vero simulatio exterior. Tertio quia ypocrisis ꝑm se ꝓsiderata est quedā species mēdacij. vt in. ij. q. supra allegata. cō stat aūt q̄ mendatiū quāto magis elongat a veritate tanto est grauius. Vñ ph̄s in metaphisi ca. Magis mentit qui asserit de nouē q̄ est centū q̄ qui dicit est nonagitanouē. Mendaciuꝫ autē quod in ypocrisi pharisaica includit. in extremis distat a veritate. Ipsi em̄ cū essent pessi mi ⁊ pleni vicijs: simulabāt se nō solū esse iustos ⁊ bonos sed etiā sanctos: tanq̄ ceteros in bo nitate ⁊ iusticia excedētes. vt patet de phariseo ascēdente in templū. qui de sua se iactans iusti cia cōfidebat ceteros spernēdo. Lu. xviij. Quarto quia hoc viciū. s. ypocrisis pharisaica xp̄o maxime ꝓtrariebat Xp̄s em̄ qui nō solū ꝑm diuinā naturā sed humanā etiā intrinsecus plen⁹ gratia est ⁊ veritate. foris tm̄ in similitudine carnis peccati mundo apparuit. Phariseus aūt to tū oppositū. nititur em̄ magnam innocentiā foris ostendere vt ouis interius aūt oīa inuidia ⁊ impietate est plenus sicut lupi. de quib⁹ Matthei. vij. Veniūt in vestimētis ouiū: intrinsecus aūt sunt lupi rapaces. Unde xp̄us p̄missoꝝ ⁊ alioꝝ actione: ipsos plus q̄ ceteros pctōres exe crabat. vt patet Matth. xxiij. p totum. Vñ ꝯcludo. Nolite fieri sicut ypocrite tristes. vt prędi xi. Rursum dixit senior. Placet nobis fabulatiōes tue. nā natura est cauillatiōis vt ab euidēter vero p breuissimas mutatiōes disputatio ad ea que euidēter falsa sunt producat. vt. ff. de ver bo. signi. Natura. Sed dic nobis quid intendis quia asseris apostolum dixisse: Subtrahe tis vos ab omni fratre ambulāte inordinate. O frater respōdebā qō consideras nō est specula tiōis mee. sed quantū valeo de hoc paulisper referabo Dixit em̄ ꝓpha. ps. lxiij. Protexisti me a conuentu malignātiū a multitudine operantiū iniq̄tatē. Et de ꝟ gratulabat in dño cū diceret. Ibi dē. Letabit iustus in dño ⁊ sperabit in eo: ⁊ laudabunt oēs recti corde. Unde dicit Greg. sup Ezech. omelia. ix. Unū vero est ꝑ quo vitari debet societas malorꝫ: ne si fortassis corrigi nō valeant: ad imitationē trahāt. Et cū ipsi a sua malicia trahant eos qui sibi ꝓiuncti fuerint per uertāt. corrūpunt bonos mores colloquia mala. j. Cor. v. Et sicut ꝑ Salomonez dicit. Noli amicus esse homi iracundo: nec ambules cū viro furioso ne forte discas semitas eius ⁊ sumas scandalū aie tue. Prouerb. xxij. Sicut ḡ pfecti viri puerſos ꝓtimos nō debēt fugere ḋa ⁊ eos semp ad rectitudinē trahūt ⁊ ipsi ad puersitatē nunq̄ trahunt. ita infirmi quicunq̄ societatez debēt declinare malorꝫ: ne mala q̄ frequēter inspiciūt ⁊ corrigere nō valēt delectent imitari. Sic em̄ verbo ꝓtimorꝫ audiēdo q̄tidie sumimus in mēte. sic flādo ⁊ aspirādo acrē trahimus corpe Et sicut malus coꝝ aer assiduo flatu tactus inficit corpus. ita peruersa locutio assidue audita infirmātiū inficit animū vt tabescat prauo opis assiduitate. Dec ille. Idcirco p̄cipue Moyses ꝓpo recedere a tabernaculis pctōꝝ ne cū eis ꝑirēt p̄cepit Nūeri. xvj. c. Nā ꝓpter amicitiā quā habuit Amō cū Jonatha dedit ei viaꝫ vt opprimeret Thamar sororē ei⁹. ij. Regū. xiij. Et fert q̄ Alan⁹ ꝓpter bonos vt putabat socios trāsiuerit ad patibuluꝫ. Vñ Isido. de summo bono. Melius est habere malorꝫ odiū q̄ ꝑ timorē. Sicut multa bona habet cōis vita sctōꝝ. sic plura

mala ꝓfert societas maloꝝ. Et ita ꝓcludo iuxta p̄missa q̄ societas maloꝝ boū ꝛ p̄sertim pharisęoꝝ ꝛ ypocritaꝝ fuit: ꝛ est ꝑiculosissima q̄ apl's annotare voluit vt dixit p̄notandū. Nō inquit Senior: dubito q̄ societas mala verisimilit̄ inducat ꝑicula per te allegata: a ꝓtrario vero bona societas vt similiter tetigisti: inducat multa bona. Nā scriptū est: (ve soli) quia cū ceciderit nō habet subleuantē. ꝛ si dormierint duo fouebunt mutuo: vnus quō calefiet Eccl. iiij. ꝛ dicit Seneca. O mniū societatū nulla p̄stantior est. nulla firmior est quantū vti boni moribꝫ similes si sunt familiaritate ꝓiuncti. Item nullius boni sine socio iocūda est possessio. ꝛ apostoli dñi in vnū congregati merebant̄ spiritū sctm̄ accipe. ꝛ loquebant̄ varijs liguis magnalia dei. Act. j. ꝛ ꝑpha Dauid. pš. xvij. dicit. Cū sctō sanctus eris: et cū viro innocēte innocēs eris. Et his dictis circūdederunt me sic apes: ꝛ exarserūt sic̄ ignis. pš. cxvij. Apis em̄ vt dicit Greg. in omel. vbi. s. In ore mel hz: in occulto caude vuln⁹. ꝛ oēs q̄ lingua blādiunt̄: sed latenter ex malicia feriūt apes sunt. qz loq̄ndo dulcedinē mellis ꝓponūt. sed occulto feriēdo vulnus inferūt: Ista vero faciētes exardescūt sicut ignis. qꝝ ꝑ flāmas detrabētiū nō iustoꝝ vita cōburit̄: sed q̄ in eis inesse poterāt pctōꝝ spine ꝓcremant̄. Hec ille. Et qz dicit Crisostom⁹. Malos q̄ monet offendit. incurrit odiū q̄ arguit criminosos. ꝛ ꝑ tribulatiōez iusti cognoscunt̄. pena quippe interrogat si q̄s q̄etus veraciter deū amat. Greg. in p̄n. moz. Videbat̄ ipsis qz de ypocrisi pharisaica ꝛ eius societate fecerim mētionē. tetēderim arcū in eoꝝ p̄iitū qō multū ꝑbat patiētez afflictū dicēte dicto Greg. Qualis vnusq̄sq; apō se latet. hoc illata ꝓtumelia ꝑbant. Extenuerūt vt gladiū liguas suas: venenū aspidū sub labijs eoꝝ. ꝛ os eoꝝ maledictione et amaritudine plenū erat. et irreuerunt in me fortes. O culi autē mei ad dñm vt euelleret de laqueo pedes meos: ꝛ dixi in corde meo. O mnipotens pater respice in me ꝛ miserere mei: quia vnicus ꝛ paup sum ego: tribulationes cordis mei multiplicate sunt: ꝛ de necessitatibꝫ meis erue me. Vide būlitatē meā ꝛ laboꝝez meū: ꝛ dimitte vniuersa delicta mea. Respice inimicos meos qm̄ multiplicati sunt ꝛ odio iniquo oderūt me. custodi aīam meā ꝛ erue me: nō erubescā qm̄ speraui in te. pš. xxiij. Vñ dñs exaudiuit me et eripuit me de manibꝫ inimicoꝝ meoꝝ. al's forsitan aqua absorbuisset me. Bñdictus dñs qui nō dedit me in captionē dentibꝫ eorum. et sic quasi quasi ego solus vt annunciarem hec in vniuersa terra.

Lollhardorum descriptio.

Hunc scio vere quia iste populus ꝛ eoꝝ similes sunt de his q̄s xp̄s p̄e omibꝫ alijs in hoc mūdo p̄secutus est. Sūt em̄ vt scribit̄ Luce. xvij. qui in se confidūt tanq̄ iusti aspernant̄ ceteros: gratias deo agūt. qz simulāt se non fore sic̄ boies ceteri: raptores videlicz iniusti: adulteri: ieiunātes bis in sabbato. decimas dāt de omibꝫ (sicut asserūt) que possidēt ꝓut veritas describit ypocrisim pharisaicaz vbi supra. Nā ꝛ ꝑpheta dixit Esa. ix. O mnis ypocrita neq̄. Et primo quia in se confidūt tanq̄ iusti. quia suas opiniones falsas p̄eponunt scripturis ꝛ scpturaꝝ doctoribꝫ. ꝛ ideo sunt hi de q̄bꝫ dicit̄ Hiere. vj. Nō audierūt me nec inclinauerūt aurē suā. sed indurauerūt ceruicē: ꝛ pelus opati sunt q̄s patres eoꝝ. Quod ꝑpte verificat̄ de hmōi pl'o ꝑiculoso: sicut ꝛ de iudeis. Nā p̄es eoꝝ interfecerūt ꝑphas: vt dic̄ Crisost. ꝛ ipi iudei qz interfecerūt xp̄m p̄ncipē ꝑphaꝝ pelus opati sūt: ꝛ p̄es iudeoꝝ q̄ ꝛ nr̄i p̄es fuerūt sicut nō audierūt ꝑphetas sic ille pl's nō audit p̄ncipē ꝑphetaꝝ qui ꝑ singlos dies in voce tube ꝑ suos legatos. vicarios ꝛ locūtenētes ꝑhibet validos nō mēdicare. sed nō audierūt nec inclinauerūt aurē suā mihi. Vñ sequit̄ Esa. vj. Uadas ꝛ dicas pl'o huic. Audite intelligentes ꝛ nolite intelligere ꝛ videte visionē ꝛ nolite cognoscere. Et vt oīderet ꝑpha q̄ in credēdo p̄ncipi ꝑphaꝝ vl' suis vicarijs ꝓsistat salus pl'i. statim subdidit. Excreca coꝝ pl'i huius ꝛ aures eius aggraua ꝛ oculos eius claude: ne forte videat oculis ꝛ in auribꝫ suis audiat. ꝛ ī corde suo intelligat ꝛ ꝓuertat̄. hec ibi. Et hec opant̄ q̄ ī se ꝓfidūt tāq̄ iusti ꝓut hodie faciūt iudei. Scdo aspnant̄ ceteros inter q̄s viuūt ꝛ vestitu ꝛ habitu se segregāt ab eisdē. ꝛ ꝓtra ꝓtinuā dictoꝝ veri p̄ncipis ꝑphaꝝ vicarioꝝ in terr̄ ꝑhibitionē sūptuosa temeritate habitū noue religiōis assumūt. vt de reli. do. c. vni. li. vj. Qui q̄dē hiꝰ eis si eēnt de tertia regl̄a fratꝝ mioꝝ mime liceret cū sctūs frā

ciscus nec talē habitū nec scapulare eisdē vnq̄ indixerit. vt ptz in Cle. j. de ver. sig. Tercio gratias agūt. qz nō sunt sicut ceteri raptores: iniusti: adulteri. z quō. Hā incedunt inclinato capite plixas in eccl'ijs faciētes oratiōes p̄ ceteris. de q̄b Jsi. li. vij. de sum. bo. c. vij. Proprīū ypocritarū est offerre se in ozonibꝫ videntibꝫ quoz fructus est nō deo placere sed gloriā ab hominibꝫ cōparare. Jn domibꝫ autē suis put experior penit⁹ vacātes: z ad saturitatē comedētes: bibentes: z dormiētes. q̄a nō est lex ipsis vltra arbitriū liberū (vt ipsi p̄sumunt) a quouis imposita. Et in publico vtiq̄ hmōi crimina ibidē enumerata. plerūq̄ vt fides ipsis maior adhibeat̄ implere nō p̄sumūt. qnare ieiunāt nō t̄m bis sed ter vl' quater in sabbato vtputa iuxta aliquoz expositionē. bis ieiunāt in die illi q̄ semel māducāt. qz semel a mane vsq̄ ad prādiū. et post prādium vsq̄ ad noctē. Jpsi aūt pluries vicz primo a mane vsq̄ ad gētaculū. z abinde vsq̄ ad prādium. tertio abinde vsq̄ ad merēdinā. quarto q̄usq̄ cenāt. quinto vsq̄ ad noctē. Et bis inferūt: qz vicz nō sumus vt hic publicanus. p quod ostendūt primū sacerdotes: z p̄sequēter oēs status mūdi ipsis fore peiores a quibꝫ p habitū vt p̄mittit̄ se segregarūt tanq̄ milites qui p delationē balibei. z nobiles p torneamēta se ceteris oēndunt p̄eminētiores. Et licet veritas sit q̄ taz sacerdotes q̄s alij plerūq̄ ipis beghardis. sint q̄ ad actus publicos multū deteriores. Hi t̄n videlicet sacerdotes z alij sicut publicanus iste. stātes a longe pcutiētes pectora sua: dicētes singuli. Deus ꝓpitius esto mihi peccatori. Recognoscētes oēs actus suos criminosos: z humilit cōfitētes z penitētes palā publice z clā insup z occulte oīa sua pcta. Jsti aūt beghardi z cecitate mentis adeo pcussi q̄ nō recognoscūt errores suos. nec se errare p̄fitent̄ prout p̄dixi. Hi moriunt̄ in peccatis suis. vt Jo. viij. prout claret z iuxta fidē nostrā ppetuo dānabunt̄ vt in dicto. c. Defleat. de. re. iuris. qz z omis virtus (si quā habēt) detrimētū patit̄ ab vno vicio. z de pe. dist. v. c. Dolendū. z dū in vno pctō p̄seuerāt: omia bona perdūt: vt ibi sicut in testibꝫ qui alij quid addicit de suo: totū testimoniū p̄ tali mēdacio decolorat. ij. q. ix. Pura. simile de eodē. di. iij. nō. licet. Sz q̄d sequit̄ vicz de publicanis. id est alijs peccatoribꝫ sacerdotibꝫ z hmōi. de q̄b dixit xp̄s. Āmē amē dico vob. descēdit hic iustificat⁹ in domū suā ab illo scz pharisēo z ypocrita: q̄ pmanebit in pctis suis vt p̄dictū est. Et qz fm Greg. coz. opa q̄ clara hoibꝫ foris apparuerūt in aduētu iudicis intus obscurant̄. z a deo retributionē nō inueniūt. qz p ipsis recipiūt laudes quas amauerūt. Hec ille. Et pro iniq̄tatū suaz defensiōe: z executiōis securitate tanq̄ iudei q̄ inuocabāt Cayphā pontiū pylatū z ceteros p̄tra xp̄m: qz ipis nō licebat interficere quēq̄. potētia magnatū hactenus armauerūt se q̄s pre ceteris in suis z suoz infirmitatibꝫ apparatuq̄ dā deuotissimo visitarūt: ipsis astiterūt z dulciť informauerūt z diuites nō dimiserūt inanes. sz nec hūiles paupes z esurientes in suis lāguoribꝫ: nec corpali nec spūali cibo replētes nec domibꝫ eoz appropiquātes. z qō peius est vt ecce illoz nec alioz clā vel palā correctiōis patiūtur. sed mox dū senserunt increpationes in agni vellere experient̄ lupi rapaces. dentes morda ces nō verent̄ denudare. et fictū humilitatis spiritū in rebellionē cōtumaciter z contentiose cō uertentes suam et suoruz consodaliū vbicunq̄ constitutorū vtriusq̄ sexus errores defendere nō erubescunt tanq̄ dicerent deo Recede a nobis: scientiam viarum tuarū nolumus. Job. xxj. Quid autem iniquius est (dicit Leo papa) q̄s impia sapere et sapientioribus doctioribusq̄ non credere. Sed in hanc insipientiam cadunt. quia cum ad cognoscendum veritatē aliquo impediuntur obscuro. nō ad prophetic̄as voces: non ad apostolicas litteras: nec euangelicas autoritates: sed ad semetipsos recurrunt. z ideo magistri erroruz existunt. quia veritatis discipuli nō fuerūt. xxiij. q. iij. Q aūt. Ūñ proprie de eisdē dicit Greg. xj. moral. c. iij. in fine. Plerūq̄ fit vt cū audītis cor. exigētibꝫ culpis oīptentis dei gr̄a nō replet̄ incassuz exter⁹ a p̄dicatore moueat̄. qz mutū est os ore qō loquit̄. si ille interi⁹ in corde nō clamat q̄ aspirat verba q̄ audiūtur. Hinc prophet̄a ait. Nisi dñs edificauerit domū inuanū laborauerūt q̄ edificāt eā. Hinc Salomon ait. Considera opera dei: q⁹ nemo possit corrigere q̄s ille qui despexerit. Hec miruz si a corde reprobo: predicator minime audit̄: duz nō nunq̄ ipse quoq̄ dominus in his quelo quitur resistentiā moribꝫ impugnat̄. Hec ille. Et vltra tanq̄ serpens in gremio z ignis in sinu solent recondiri: suos remunerāt hospites. vt. xiij. q. j. Ad hec. Jta suos fautores: et maxime religiosos mendicantes. nō tantū linguis detrahendo: sed elemosynas ipsis de iure debitas subtrahendo moliuntur defraudare. quia plerunq̄ quantum ipsis dispergitur: tantum ipsis religiosis in suis donis debendis euacuatur. vt est argu. de consti. c. Cum. Ō. de excess. prela. in suis donis debendis euacuatur. vt est ar. de consti. c. Cū. Ō. de excess. prela. c. vlt. li. vj. Unde

pfecto odio oderam illos: ⁊ inimici facti sunt mihi. ⁊ hoc ꝑm Tho. in sum. q. xxxiiij. ar. iij. possum sine pctō. quia tantū ipsoꝝ crimia ⁊ excessus odiui: put facit iustus iudex q̄ prosequit criminosos vsqz ad mortē ⁊ merēt: vt. xxiij. q. v. c. Judex. ⁊. c. sequē. put ⁊ xp̄s ꝓsecutus fuit vendētes ⁊ ementes in tēplo ac phariseos ypocritas: sed ipam naturā ⁊ gratiā fratris non pōt aliqs odio habere sine peccato. Hoc aūt q̄ in fratre odim⁹ culpā ⁊ defectū boni: pertinet ad fratris amorē. Eiusdē em̄ rationis est q̄ velim⁹ bonū alicui⁹ et odimus malū. Nam ⁊ ꝓpheta inimīcs odio habuit. ⁊ nihilomin⁹ legē dei dilexit. vt Ps̄. cxviij. Sed q̄ sepe iura adaptant ad ea que sepe accidūt. de despon. impu. Litteras. cū cōcor. Frequēter etiā accidit vt patet q̄ inter illam malā societatē fuerūt secte ⁊ hereticoꝝ cōuenticula in diebꝫ ⁊ in terris nostris: vt patz de quodā Beghardo dicto Burckardo cū suis fratribꝫ in dominio Thuricēsi: q̄ post penitentiā ⁊ crucis assignationē relapsi in heresim igne fuerunt cōcremati. Item de quodā fratre Carolo qui magnā habuit adhesionē in terra Uranie ꝓpter eandē causaz cū socijs igne cōsumptus est. Item de quodā Henrico de Tierrem ꝓpe Constantiā: qui cū magna adhesione penitentiā publicā suscepit. Itē de quodā Johāne in dominio Ulmensi cū multa societate. q̄ ꝓpter dictā causaz penitentiā publicā suscepit. Itē de vno mag̃ heresiarcha in dominio de wirttenberg. qui ingenti difficultate experto⁊ cōuentu fuit cōuictus. Item de quibusdā beghardis venentibꝫ p annos singulos q̄ndā de Bohemia infinitū populū in opidis Berneñ. ac Solodorēñ. ac in multis villis ⁊ terris eisdem subiectis in horribilē heresim perduxerunt. Et summarie q̄ in tota Alemania superiori nō est cōtra fidē catholicaz heresis introducta nisi per vulpeculas illius secte beghardorū lollhardorū ⁊ beginarū malicioſissime: absq̄ eo q̄ q̄z plures latrones ⁊ sodomite sunt in eorū habitu reperti. Unde ꝓpter huiusmodi grauissime iniquitatis frequentiā: iura ac iurū canonū ⁊ legū sacratissimorū ⁊ eorūdē ministrorū arma viriliter adaptent: ⁊ vtriusq̄ iuris gladij vibrent. vt eorundē hoim ⁊ illorū ministrorū q̄ vulgariter ⁊ cōmuniter vt p̄mittit Lollhardi Beghardi ⁊ Begine nūcupant cōtumacia: p directū ⁊ indirectū compescat. quoniā verissime vt ꝓmittit sunt per oīa phariſei ⁊ ypocrite tristes. Sed q̄ fortassis sepe p directum vtputa ꝓsonaliter ⁊ in ambonibꝫ cancelloꝝ multipliciter generaliter ⁊ singulariter sunt correcti. ꝓout xp̄us exprobrauit phariseorū illorū duriciā ⁊ incredulitatez. ad quos dixit. Uos nō creditis mihi: q̄ nō estis ex ouibꝫ meis. oues mee vocē meā audiūt. Joh. x. Sz durissime ceruicis sit plus. Memento q̄ ad iracundiā prouocauerit dominū. Deut. xxj. Sed vt p̄dictū est hactenus indurauerūt faciē suā supra petrā. ⁊ noluerūt reuerti. Hiremie. v. ⁊ cor suū posuerūt vt adamantem: nō audierunt legē ⁊ verba que miserat dñs Zacharie. vij. Id circo expedit vt p indirectū ꝓout iudei excōmunicant: eoꝝ fautores ⁊ receptores ad desistendū ne alieno grauent pctō. prouide ⁊ sollerter inducant: ꝓout hoc nuper in quodā cōpendioso tractatulo vberius duxi cōscribendū. per eū qui obstinatorū malicie nunq̄z misertus fuit. sed in se credentiū est salus ⁊ vita per infinita secula seculorū Amen.

Glosa bullarum per beghardos impetratarum.

